

2881. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: MARGINALIEN, AN- UND
UNTERSTREICHUNGEN IN FARDELLA, ANIMAE HUMANAEC NATURA
Vorläufige Datierung: Ende November bis 3. Dezember 1698

Überlieferung:

- 5 L Marginalien, An- und Unterstreichungen in M. A. FARDELLA, *Animae humanae natura ab Augustino detecta in libris de animae quantitate, decimo de trinitate, et de animae immortalitate*, Venedig 1698 [Leibn. Marg. 92] (<http://digitale-sammlungen.gwlb.de/resolve?PPN=82792707X>).

bearbeitet von Herma Kliege-Biller

- 10 [Anhaltspunkte zur Datierung:] Leibniz hat die Marginalien, An- und Unterstreichungen in seinem Handexemplar ebenso wie die Auszüge und Notizen in N. 2880 wohl direkt bei der Lektüre Anfang Dezember 1698 angefertigt, vgl. die Vorbemerkung zu N. 2880. Unterstreichungen von Leibniz sind durch Sperrung gekennzeichnet.
 [Thematische Stichworte:] mens humana; imago; memoria; corpus; animus
- 15 [Einleitung:] —

[ad p. XII] Si primo unde sim, inquiram; Dicam: Ex Deo, qui Patria mentium, et habitatio est, in quo, et sum, et intelligo, et vitam duco. Ex nullo tamen principio, veluti ex materia sum; Sed simplex quaedam natura, non minus ac ipsa vulgaria Elementa, quae ex aliis minime constant. Unde autem sim, jam plane intelligo: At scire vellem, qualis sim. Sum Deo 20 similis.

[ad p. XII] Ex Justitiae natura¹ infert spiritalium rerum existentiam.

[ad p. XIII] Quid autem absurdius, quam me spatiis exorrectum, corporis mei dimensionibus terminatum, ac circumscriptum imaginari? Non sum enim Aer, aut ventus, aut aliquid illi simile per corporis organa expansum, atque diffusum. Me nulla circumscribit moles, nec 25 ullum corpus metitur. Atque, ut quam id verum sit, intelligam, satis est, si caeteris posthabitatis facultatibus, ad insignem Memoriae vim, qua polleo, me diligenter convertam. Etenim memoria, quae in me viget, non est profecto fictitia res, aut nomen inane, sed verus cogitandi modus, qui haud corpori, sed mihi inest. Quid enim exanime corpus meminisse aliquid credi, aut intelligi potest?

30 [ad p. XIII] At si hic tantum ubi corpus est, ego sum, nec ultra ejus spatium effundor: unde sit, ut illa omnia videam? Sane per memoriam haec fieri puto: Non sum enim illis locis

¹ Leibniz bemerkt zu dieser Marginalie: non est substantia

praesens. Illorum ergo locorum imagines memoria continentur. At iste vere sunt corporum imagines; Urbes namque, terraeque nihil aliud sunt, quam corpora.²

[ad p. XIV] Est incorporeus animus, si immanum corporum imagines capit.³

[ad p. XIV] Facile vero dubitatio solvetur, expeditiusque veritas innotescet, si prius haec tria accurate discutiam, longitudinem nempe, latitudinem, et altitudinem, sub quibus corpus omne continetur. Jam primo enitar longitudinem cogitare, cui nulla insit latitudo? Nihil sane possum tale cogitare.⁴ Si enim tenuissimum araneae filum, quo nihil exilius oculis sese offert cogitatione revoluam, trina tamen occurrit dimensio, nam latum simul, et altum esse conspicio.

[ad p. XIV] Longitudo sola in animo est, non in corpore.⁵

10

[ad p. XV] Ex trium rectarum linearum concursu triangulum emergit.⁶

[ad p. XV] Melior igitur, ac perfectior figura quatuor rectis, et aequalibus lineis compreahensa triangulo erit, siquidem in illa magis valet, ac floret aequalitas.

[ad p. XVI] In hoc autem circulo tria mihi sese offerunt; Linea in quam circulus desinit, latitudo, seu ipsamet plana circuli superficies, et altitudo nempe corpus ipsum Cylindricum, et columnare, cujus utraque extremitas circulus est, nam si adeo circulare planum intumescat, ut in altum expanso, profunditas in eo procreetur, cylindricum Corpus ex circulo progigni nullo negotio intelligitur.⁷

15

[ad p. 1] Cum tandem puncti indolem expendo, punctum omnium insignissimum, et robustissimum esse apertissime intelligo.

20

[ad p. 4] Atque adeo per Corporis sensus tanto amore me Corporibus obstrinxisse vedor, eorumque diurna quadam familiaritate implicatus sum, ut cum non possem tecum, tanquam in regionem incorporeae naturae, ipsa Corpora inferre, imagines eorum convolui, rapui, ac in mei substantiam veluti convertere studui, ut me aliquid his imaginibus simile esse putem, quibus semotis, me nihil esse existimem.

25

[ad p. 4 sq.] Jam secernatur a me quicquid esse me puto; Cernam tantum quod scio; hoc mihi remanet; haec namque est sola substantia mea, cujus certus omnino sum.

[ad p. 18] Verae⁸ vitae, Rationalis vita est.

² Leibniz bemerkt zu dieser Passage: datur memoria corporea (sine) motus propaga(tione)

30

³ Leibniz bemerkt zu dieser Marginalie: non sequitur[:] ergo et speculum incorporeum

⁴ Leibniz bemerkt zu dieser Passage: quid (in) Extremum?

⁵ Leibniz bemerkt zu dieser Marginalie: male

⁶ Leibniz bemerkt zu dieser Marginalie, zunächst mit einer gestrichenen Zeichnung:
Y, danach mit einer veränderten Zeichnung: ← non est triangulum

35

⁷ Leibniz bemerkt zu dieser Passage: cum ad cylindrum venitur, praestabat ad sphaeram

⁸ Verae ... est.: Diese Passage hat Leibniz am Rand angestrichen.

[ad p. 22] Idcirco⁹ malumus a veritatis studioso, aut laudatore repreahendi, quam ab adulatore, errorisque defensore laudari; nullus enim, ut docet Augustinus Libro Primo de Trinitate, reprehensor formidandus est amatori veritatis, Etenim aut Inimicus reprehensurus est, aut Amicus; Si ergo Inimicus insultat, ferendus est, Amicus autem si errat, docendus, si docet audiendus.

⁹ Idcirco ... audiendus.: *Diese Passage hat Leibniz am Rand angestrichen.*

3–5 reprehensor ... audiendus: vgl. A. AUGUSTINUS, *De trinitate libri XV*, lib II, cap. 1.